

unum oculorum, inquit, haec uniformitas vultuum, oculorum spiritualium, vultuum internorum indefessa charitate justam precem perseveranter, ut cœptum est, dirigere ad Dominum, ac semper cogitare id ipsum. Et quis in hac re talis, ut tu, o dilecta singularis, quam solam pre cunctis amantibus totam occupavit, totamque possidet amor dilecti? In hoc uno soror mea sponsa; per fidem soror mea; per Spiritum Sanctum, amorem verum, sponsa mea; in hoc uno oculorum tuorum vulnerasti cor meum, sed in uno crine colli, id est in nigrum humiliata cordis tui, quem videlicet ornam semper unum vidi, quam humilitatem semper uniformem et indeficemem esse conspixi. Quid uno crine gracilis et quid humiliata confutatis? crinis unus vix comparat, humilitas tua vix consentit quod computari possit inter homines.»

Addit deinde ipsam, licet honestatis causa nupserrit Josepho, non tamen in ipsum, sed in Deum quasi sponsum oculum tollit amoris sui collectisse, et fixisse: «Volum egregium, inquit, prima Deo vorisisti; volum virginitatis; attamen sponsi nomen admisisti, desponsari viro non renuisti, et inter haec unum oculorum, et illum crinem cum dictum colli tui, magis ac magis in me fixisti fide fortis, spe stabilis, charitate immobili.»

Beta Virgo ergo uno oculorum suorum, id est uno aspectu mentis sue, ita se in contemplatione erigebat ad ecclesias, et altissima penetrabat, ut feriret cor dei, illudque sagitta amoris transfigeret et sauciaret, nimurum:

Magnem gerit illa oculis operosa pudicit: Hinc menteum et sensum magnis more haccedit.

VERS. 10. QUAM PULCHRORA SUNT MAMME TUE, SOROR MEA SPONSA! PULCHRORA SUNT UBERA TUA VINO, ET ODOR UNGUENTORUM TUORUM SUPER OMNIA AROMATA.

QUAM PULCHRORA SUNT MAMME TUE, SOROR MEA SPONSA! PULCHRORA (hebreia, meliora) SUNT UBERA TUA VINO, ET ODOR UNGUENTORUM TUORUM SUPER OMNIA AROMATA. — Arabicus, quam pulchra est specie uberum tuorum! Unguenti, intellige aromata suaveolentia et confortantia cor, que circa ubera et pectus gestabat, iuxta illud, cap. 1, 12: «Fasciculus myrrae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.» Septuaginta pro γένιον σεμαντικη, id est unguentorum tuorum, legerunt γένιον σαλματικη, id est vestimentorum tuorum, unde vertunt, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata! Chalcodus verit, quam pulchre sunt super me dilectiones tuae, soror mea catus Israel, que comparata es sponsa pudica! quam boue sunt super me dilectiones tuae magis, quam septuaginta nationum, et nomen bonum justorum fragrantiam est sanctis aromatis! Redit sponsus ad laudes

sponse, ac rursus verba ejus labiaque commendat.

Mamma, sive ubera gemina denotant vim lactandi Ecclesia, qua per doctores, predicatores, confessores, virosque zelos, alios audiores et infirmiores lactat, et passit verbo, exemplo, doctrina et sacramentis; item duplice elemosyna spirituali et corporali, ut exposui vers. 5: quare hic et non repeat: ita S. Gregorius, Cassiodorus, Beda, Theodoretus, Nyssenus, Anselmus, Justus, Philo et alii. Porro Septuaginta vertunt, *quae pulchra sunt ubera tua!* q. d. Sicut feminis cum genibus vel plures parvum filios, ubera inflant et lacte turgescunt, et plures sibi natos lactare videntur, que uberen est pulchritudo: sic pariter tu, o Ecclesia, cum plurimos jam Christo uivis gentium Christo peperitis per fidem et Baptismum filios, abundas lacte doctrina et copia doctorum, qui tibi natos in fide lactent et enutrant, que tua est pulchritudo: omnia enim haec spectant ad Ecclesie propagationem et incrementum. Hoc enim capite describitur virilis et perfecta Ecclesie uita, ut dixi.

Moraliter hinc discant illi, qui student animabus convertendas, ut carum numero nunquam safientur, nee metuant se omnibus illis in spiritu aliendis sufficiere non posse: quia quo plures patruntur Deo filios, eo plura eis auxilia suggesterunt Deus, quibus eos alant et foventur; sicut idem mulier, quo plures partu liberos, eo majora dat ubera lacte turgenta, quibus omnes lacet.

Hinc *pulchriora sunt hec ejus ubera vino*, id est omnibus deliciis carnabilibus, ac mystice vino, id est austerior Synagoga et legis mosaicae; item enim rigor justitiae, ait Richardus Victorinus. Vide dicta cap. xi, ubi idem de Christi ubiribus dixit: similia enim sunt ubera Christi et Ecclesie.

Symbolice, ubera doctrinae et praedicationis præstant vino contemplationes: licet enim vita contemplativa perfectior sit activa, tamen ultraque perfectior est vita ex ultraque mixta, puta contemplatio, quæ per actionem alii se communicat, et in proximis sua que a Deo hausti effundit: hec enim quo magis alios illuminat, eo magis a Deo humani appetit, hoc enim fine a Deo datur. Hinc illud, Ose. cap. vi, 6: «Misericordiam volui, et non sacrificatio, mortificatio, id est Altitudo oris, cuius studiose sunt feminine, q. d. Halitum habes suavissimum, ac si mel sub lingua contineres. Melius ali referunt ad sermonem gratiam et suavitatem. Favi vocantur cellulae cerea, in quibus apes mel suum condunt: favus ergo nihil est aliud quam mel in cera, at Cassiodorus: favi enim sunt apum domus et celulae, ita dicta quod in his sobolem foveant, iuxta illud Virgili, IV Geor. :

fatur, quia nimirum sua eam dilectione ac coniunctione dignissimam judicat, quam sui operis imitantes fieri considerat. Nam et ipsi ut nos de infirmis fortis faceret, infirmari ad tempus, imo et mens, ut nos siveremus, non refut. Ipsius enim esse panis angelorum in divinitate lactescere voluit per assumptionem carnis, ut hominum pusillanimitatem nutritet, ac panis ejusdem celastis exhibetur capacem.»

Quocirca *odor unguentorum tuorum* superat *omnia aromata*, id est bona fama, quam ex tua charitate, misericordia et zelo animalium consequitur, ac longe latèque dispersis, melior est omnibus odoriens virtus apud Deum, qui, ut dixi, misericordiam prefaci sacrificio. Nam, ut ait Ecclesiasticus, cap. xxxi, vers. 23: «Splendidum in panibus benedicunt labii multorum, et testimonium veritatis illius fidei.» El Salomon, Proverb. xxii, 9: «Qui pronus est ad misericordiam, beneficietur,» id est, laudabilis ab hominibus auctoritate, qui aliud est, nisi velut quidam futore impossibilis odor? Et rursus: «Conferamus, inquit, inter se ista tria: *vina, ubera, unguenta*; in *vino*, veteris homini defecit; in *ubere*, novi refectio; in *unguentis*, quedam defectio. *Vino* carnalis sensus inebriator, et sopiur, et obruit; *ubere* novus nutritur; *unguentis* adulterii deliciatur: in primo homo uito concipiatur, in secundo novus reficiatur, in tertio jam approxinquans ad perfectionem ineffabilis letitia afficit.»

De his unguentis eorumque odore fuso agit Gilbertus, qui continuavit sermones S. Bernardi in Cant., serm. 31 et 32, ubi inter cetera ait: «Ipsa patientia quid aliud est, nisi velut quidam futore impossibilis odor? Et rursus: «Conferamus, inquit, inter se ista tria: *vina, ubera, unguenta*; in *vino*, veteris homini defecit; in *ubere*, novi refectio; in *unguentis*, quedam defectio. *Vino* carnalis sensus inebriator, et sopiur, et obruit; *ubere* novus nutritur; *unguentis* adulterii deliciatur: in primo homo uito concipiatur, in secundo novus reficiatur, in tertio jam approxinquans ad perfectionem ineffabilis letitia afficit.»

VERS. 41. FAVUS DISTILLANS LABIA TUA, SPONSA, MEL ET LAC SUB LINGUA TUA: ET ODOR VESTIMENTORUM TUORUM SICUT ODOR THURIS.

FAVUS DISTILLANS LABIA TUA, SPONSA, MEL ET LAC SUB LINGUA TUA. — Syrus et Arabicus, *sicut odor Labii*: nonnulli haec referunt ad osculum, alii ad halitum oris, cuius studiose sunt feminine, q. d. Halitum habes suavissimum, ac si mel sub lingua contineres. Melius ali referunt ad sermonem gratiam et suavitatem. Favi vocantur cellulae cerea, in quibus apes mel suum condunt: favus ergo nihil est aliud quam mel in cera, at Cassiodorus: favi enim sunt apum domus et celulae, ita dicta quod in his sobolem foveant, iuxta illud Virgili, IV Geor. :

Prima favis ponat fundamini, deinde tenac. Suspediti ceras.

Hebraice et græce, *favum distillant labia tua*: sio et Syrus et Arabicus; unde Willeramus:

Dant tua labra favum, per cerea mella liquatum.

Huc facit illud Comici: «In melle sunt sitae lingue vestre: eodem reddit sensus, q. d. Labia tua sunt quasi favus, que favum, id est mel favi distillant: hoc est, dulcissimum est eloquium tuum, ut tonilla quot verba ex ore stillare et fundere videaris, perinde ac si apes in ore tuo uentile in alveo

favos fixissent. Apte haec sententia subiicitur precedentie de uberibus, quia ubera Ecclesie, id est doctorum, sunt labia stillantia favum sapientiae et eloquentiae christiane, quibus filios, id est fidem gignit et genitos pascit: ideoque sola ubera et labia sponsae hic iterat et congenerat: nam paulo ante eadem dilaudavit vers. 3 dicens: «Sicut vita coccinea labia tua: et eloquium tuum dulce,» ubi plura haec de re dixi: quare hic brevis ero.

PRIMUS SENSUS

ADEQUATUS,

De Christo et Ecclesia.

Ecclesia, id est Ecclesie doctores, predicatores, et christie fideles et sancti sunt *favus distillans*, sive os et labia habent stillantia lac et mel acris doctrinae, ideoque plena suavitatis et dulcedinis, neque ad discritions, ut stillent *lacreras* et radiibus; *mel* vero, id est solidorem doctrinam magis proiectum. Sensus ergo est, q. d. Labia tua, id est sermo tuus, o Ecclesia, favum stillantem imitatur: ipse enim quedam est in stillatione mellis, quod tu, o sponsa, ut cilia favi cerea conservas, dum me, qui *mel* arcane ob dulcorem appello, mentis receptaculo condis, indeque, dum eloqueris, effundis: ita S. Gregorius, Cassiodorus, Beda, Theodoreitus, Aponius, Philo, Justus, Anselmus et alii. Audi Bedam, qui ostendit quomodo labia predicatorum sint *favus* et sive *vita*, ut dixi vers. 3: «Cum hic, inquit, satiando fauces detectet, illa crines vinclendo constringat; isto intus rescat, illi foris liget. Idem namque doctores et *vitta* sunt in praecopsis salutaribus, et *favus* in promissis colestibus: *vitta*, cum non a fluxu carnalium voluptam refrenant; *favus*, cum supernorum nobis gaudiorum dona prominunt; item *vitta* sunt in eis quae aperte agenda vel vitanda esse docent; *favus* in illis que typice gesta vel dicta, quod intus arcani salutari habent, pandunt. Verba ergo ex ore viri sancti fluant instar favi suavissime stillantis nectare: simil modo de Nestore ali Homerus, quod ex ejus ore melle dulcior fluebat oratio. Ita S. Agnes, que se per voluntatem virginitatis Agno immaculata, scilicet Christo desiderant, aiebat: «Mel et lac ex ore ejus suscepit, et sanguis ejus ornavit genas meas,» uero S. Ambrosio de canit Ecclesia.

Sermo sanctorum comparatur favo, *primo*, quia sicut favus stillat mel, sic sermo eorum sapientiam et suavitatem. *Secundo*, sicut favus miro artificio ab apibus construitur, sic et sermo sapientia prudenter concepit, connectitur, indeque manat ejus gratia et suavitatis, juxta illud Proverbi, x, 20: «Argentum electum, lingua justi;» et cap. XVI, 24: «Favus mellis composita verba: dulcedo animae, sanitas ossium. *Tertio*, sicut favus formular ab ape inhabitante, sic sermo a corda, iuxta illud, Proverb. XIV, 33: «In corde pru-

dens requiescit sapientia, et indecitos quosque erudit;» et cap. XVI, 23: «Cor sapientis erudit os ejus: et labia ejus additae gratiam. *Quarto*, sicut apes in favo pariunt, foventque suos fructus, sic sermo suavis sanctorum multos parit filios Christo: norunt enim sancti verbis suis dare suavitatem, et gratiam, ut ea velut melle audientes inescerent et capiant, juxta illud, Proverb. X, 21: «Labia justi erudent turmos; qui autem indecitos sunt, cordis egestate morientur.»

Plures analogas favi et lingue suavis recensui, Proverb. XVI, 24, et cap. XXIV, vers. 13, ad illa: «Comede, fili mi, mel.» Ratio a priori est, quod sermo oris ejusque qualitas manat ab affectu cordis: quale enim est cor, tale est os et sermo; dulcedo ergo sermonis ostendit, et quasi secum *cor* vehit dulcedinem et amorem cordis: quare dulcer loquens alteri quasi cor suum in illum effundit, a eum eo amorem suum illi oppingitur, ita re ipsa tradit: magnes autem amoris est amor, nulla enim re ita trahunt animi hominum, ac amore: qui enim videt se ab alio amari, illius amor quasi cogitur ad illum redemandum, ut ejus consilii obediatur, seseque subjiciatur. Hoc est quod ait: «Mal et lac sub lingua tua;» *Syrus*, *enne mel sub labiis tuis*, q. d. Sub lingua tua latet cor, quod quasi promptuarium mellis et lacrimae melleam et lacteum suam dulcedinem et amorem linguae communiat et instillat, ut illa proximata verba dulcia et amabilia, dulibus corda audiunt ad se afficiat et rapiat. Verba ergo dulcia prius in corde, et a corde dulci formantur, ac ab eo in linguum transirent: quoicunque a S. Augustino, lib. XV De Trinit. cap. x, verba cordis appellantur. Atque hac de causa predicatorum, et quisquis alteri virtutem vel opus aliquod bonum persuaderet conatur, prius in seipso ejusdem affectum et amorem excitare debet, ut illo accensum euandem facilius et ardenter alio dicendo imprimit: hic enim affectus et amor res etiam amaras, uti sunt metus mortis, iudicii et gehennae, quem predicatorum auditoribus injiciere debent, sapidas, dulces et gratas efficiunt: addit S. Gregorius, Moral. cap. v, predicatorum, cum amarus vita et virtuosos castigant, debere amaritudinem melle suavitatis intermixto dulcorare. Rursum mel et lac sub lingua sponsa conduntur, q. d. Non temere prodit tuam diendi gratiam, nee te de jaculis, sed eam celas et quasi lingua contegisti. Ad hanc Joannes Carmelita notat ideo mel et lac sub lingua sponsae reconcili, ne simul stillant favum mel, sic lingua innata, ne clauso sepiatur, sed pravia meditatione cunctetur, ut ab eo quasi cellario, vel mel prumat, vel lac, prout tulieri opportunitas, lac quidem zemellis et adhuc in virtutis infantia versantibus, mel vero granularibus.

Symbolice, *favus mellis* est sacra Scriptura, ita *Cassiodorus*, *Aponius*, *Philo* et *Theodoreitus*, quem audi: «Jam favi mellis, qui in doctorum gestan-

ter labiis, sunt divine Scripturae, que continent apes tum vere, tum *mellis* effectrices, sacros nimurum prophetas et apostolos, qui per Spiritus Sancti prava voluntates, et divinarum Scripturarum construentes cellas, easque doctrinae melleae necare distendentes, utilitatem ad nos transmiserunt; ac *cora* quidem littera videtur simili, *melli* vero sensus qui in eo reconditus est. *Hinc* olita recens baptizalis dabatur lac et mel, ut suavitate doctrinae viteque christiane sis representaret; unde Tertullianus, *De Corona militis*, cap. III: «Ter, ait, mergimur, inde concepti luctis et mortis concordiam pregastramus.»

Rursum Hugo de S. Victore, *Erudit. Theolog.* ex *Miscellaneorum* lib. I, tit. 115: «Favus, inquit, Verbum caro factum est in Virgine; *distillans*, redundantiam significat, et gratiam fundens; quia quod fecit et dixit, doctrina fuit; quod fuit, medicina; *ido* *distillans*, quia unicunque secundum mensuram gratis infundens. Quocirca «habet mel et lac sub lingua, id est reflectionem robustorum, et consolationem parvolorum: pregastravit enim dulcedinem future vite, ubi refequentur animes divinitatis Christi frumento, et humanitatis ejus lacte. Ex hac abundancia habet anima *vera*, quibus perceptam suavitatem proferat, quo tanto plus sapiunt et edificant, quanto datum est ei discernere haec in experientia, et docere ex sententia.»

ET OPUS VESTIMENTORUM TUORUM SICUT ODOR THURIS.—Vestimenta Ecclesie sunt honorum operum ornamenta, ait Cassiodorus, S. Gregorius, Beda et alii, juxta illud, *Apocal.* xix, 8: «Byssinum justifications sunt sanctorum;» hoc habent *odorum thuris*, id est orationis, quia referuntur ad Deum Deique gloriam, nam omnis actio, relata ad Deum, tacita est oratio: notat ergo opera bona debere olere orationem, ut ex ea quasi manare videantur. Rursum *odor thuris*, id est divinitatis, cui adoletonthus, q. d. Actus virtutum tuarum extermi, quibus quasi vestibus ornari, exhibant quemdam odorem divinitatis. Audi S. Nyssenom: «Tuum, sponsa, virtutum indumentum imitator divinam beatitudinem, per puritatem et impunitam.» Assimilatio nature, per quam non patet adiutor: talis est enim *odor tuorum vestimentorum*, ut si similes thuri, quod Dei honori dicatum est: «alludit ad fragrantiam vestium Jacob, quam odorans, eque benedictus morituros patet Isaac, Genes. XXVII, 27: «Ecce, inquit, odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.» Chaldeus, *sicut odor incensi ex optimis aromatibus*.

Symbolice, vestis Ecclesie et fidelium est Christus, cujus est *odor thuris*, quia ipsi reddet divinitatem, qua homo est: ita Theodoletus; unde illud, Rom. XIII, 14: «Indumenti Domini Iesum Christum.» Rursum vestis et ornatus Ecclesie sunt omnes sancti, de quibus *dem* at Isaia, cap. XLIX, vers. 18: «Omnibus his velut

ornamento vestieris, et circumdabis tibi eos quasi sponsa.»

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Laba mentalia anima sancte distillant lac et mel, cum precies et orationes dulcibus compunctionis et amoris lacrymam conditam, in aures Dei effundant: quare tunc anima osculum dat et visim accipit a Deo; immo anima spiritum suum quasi in Deum effundit, ac *visissimum spiritum Dei* accipit et haurit. Quare tunc *odor vestimentorum* illius est, sicut *odor thuris*; *vestimenta* sunt virtutes externe, uti sunt *vereundia*, *modestia*, *humilitas*, *reverentia*, *obedientia*: *huius odorem thuris*, id est *gratissimum in nares Dei exhalant*, adeoque ipsa sunt quasi *thus*, id est mystica oblatione et sacrificium, quod Deus odoratur, velut odorem suavitatis. Rursum sunt *thus* hominibus, quia illis suavisimum virtutum odorem aspirant et inspirant. Comparat illas thuri *praelitis* aromatis, quia illis prae omnibus est odoratissimum, aque ac lucidissimum; unde hebreo vocatur *labanum a τζενηθων*, id est *candidum*. Hinc *thus*, et quo lucidius, eo melius est et odoratus; unde, Exod. XXX, 40, in thymiamate quod Deo adolebat, jubiter adhuc *thus lucidissimum*: sic virtutes in se sunt lucidissime, quia purissime, aliis autem sunt *odoratissime*: nam, ut ait S. Bernardus, habent mores suos colores, et odores suos; odorem in fama, colorem in conscientia. Porro, sicut vestis ex multis virtutibus: fila ergo, quibus contextur, sunt *charitas*, *gaudium*, *pax*, etc., que recenset Paulus, Galat. V, 22. Ita Nysenus.

Hoc factus versio Chaldei: «Et in tempore quo erant sacerdotess in atrio sanctuariorum, labia eorum stillabant favum mellis: et lingua tua est instar sponsae honeste in sermone tuo; cantus et laudes dulces, sicut lac et mel: et *odor vestimentorum* sacerdotum, sicut *odor aromatum Libani*.» Alius Gilbertum hic, serm. 34: «Qui omnia agit, ut ei placet, cui se probavit, Deo, ut ejus mereatur favorem, utique *odor vestimentorum* ejus sicut *odor thuris*. Et quidem thura, nisi Deo soli, nesciit offerri, nec debet, ideo *odor vestimentorum* ejus, sicut *odor thuris*, cum quidquid sive palam, sive clam agit, ad imperatricem placacionis refer divinae.»

Denique apostole vestium odorem thuri similem componit sponsus cum mellea lingua sponsae, tum quia tam sermo lingue, quam actiones externe, que significantur per *verba*, spectant ad exteriorum decorum, sponsae, sicut *lodes*, *spes*, *charitas*, etc., spectant ad internum; tum quia sermo melleus mire decoratur, et perficit melius actionibus externis beneficentie, humilitatis,

modestie, patientie, ac preseruum religionis, devotionis et orationis. tunc enim omnes actiones, omnisque habitus et compositio externa redolent thus, eurz spiritu pietatem et devotionem, atque inde nascuntur et profluit dulce et gratiosum lingue eloquium. Porro hoc cuiuslibet fidei, preseruum zelatori animarum faciendum est, ut omnis eius sermo et actus exhibeat thus religionis, in modo thus divinitatis, ut videantur dieta et facta eius non tam esse humana, quam divina, et a Deo profecta. Quocirca Nyssenus, tract. *Quid Christiana professio sibi velit*, christianum, sive christianam vilam ita definiri: *Christianus est imitatio divinis naturae*, sive imitatio Christi et Dei incarnationis, ut Christus in christiano vivere, loqui et operari videatur. Si quis ergo, inquit, Christi nomine assumat, sed ejus mores vita non exprimat, his Christi nomen ementitur; sicut simius imitans hominem, hominis personam menititur. Christus enim est iustitia, puritas et veritas, atque cuiusvis mali vitatio: quare christianus esse nequit, qui harum virtutum communione et societatem in se non ostendit; aut vere christianus est, qui Christi mansuetudinem, beneficium, devotionem et spiritum in omnibus actionibus representat, et vienis aspirat, ut qui christianum videt, Christum in ipso posse et operarentem se cernere et intueri estimet. Jam siue odor thuri est vehemens, acer, copiosus et fervidus, talis paruit omnis actio Christi, et talis sit christiani, preseruum viri apostolic, oportet.

Nat Gilbertus, *serm. 34.* ad distillans significare *primo*, animam plenam esse mel, id est sensu rerum spiritualium, ut cogatur eum distillare; *secundo*, illam discrete et parce pro capitulo audiendum eum distipit: « *Nec mel fluit, inquit, sed magis distillat*: nee enim passim et in temperante profundat sublimes illas, et reconditos sensus secretorum coelestium, deitatis arcana, nec lactis potum sine delectu propinat». *Actum vero hujus distillationis ita recessit: Remittit, permittit, promittit, premitit. Delicia remittit, infirma permittit, eterna promittit, et ipsorum primicias quasdam promittit.* Sapientiam loquitur inter perfectos, sapientiam quidem non hujus mundi; sed Dei sapientiam in mysterio absconditam, et inter minus spiritualiter sapientes nil arbitratur se scire, nisi Christum Iesum et hunc crucifixum. Cohortatur ad perfectionem, non cogit, sed magis consolatur pusillanimes, suscipit infirmos: et si inquietos corripit, correptio ipsa dulcedine sapit maternam; peccanti compatitur, converso indulget, nec indulgentiarum numerum, et quasi terminum quem non transgredierat praefigit, cui precipit septuagesies: *spes in die delicta totes confitenti dare.* Vide quam magna multitudine dulcedinis in his sponsis, que quoties ipse peralbus in marmore si convertatur, ipsa tibi distillat in boenum, et præbende venie vicibus non exhausti.

tur; denique instar angelorum Dei non insultat, sed exultat super peccatorum penitentiam agentem.»

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Rupertus hec B. Virgini ita adaptat: « *Tu dulcis in ore, dulcis et in corde.* Hoc est quod nomine dico, *favus distillans labia tua*, subjungens, *mel et lac sub lingua tua*, id est in anima tua; ibi tibimetipsi dulciter sapit favus eloquii tui, favus distillans a labiis tuis, labiis gratiosus. Favus tuus ego sum, mel tuum et lac tuum ego sum, quia Deus tuus et filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoe sonat labia: aliud loqui non potes, quam id quod in pectora habes; et abundantia cordis labiis tua loquuntur. » Addit deinde labia B. Virginis stillasse mel, cum labiis dulcissima et devotissima Christo parvulo oscula dedit, dixitque: « *Osculetur me osculo oris suis.* » De ore vero vestimenta hec subdit: « *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuri*, quia plus quam materna charitate pannis me involvisti, et in praesepio reclinasti; sieque in omnibus famulata es mihi mater et virgo fidelis, tanquam Eo, cui soli debet odor thuri in sacrificio suo, quamvis essecum ego parvulus tuus, parvulus homo. »

Hugo Victorinus vero, tom. II, serm. De *Assumpt. B. Virginis*, addens: « *Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata*, » censet hic ob tres dotes B. Virginis a sancta Trinitate laudari, scilicet quod in *labiis* suscepit osculum Patris, in *lingua Verbum*, puta Filium, in *unguentis Spiritum Sanctum*. Audi eum: « *Favus, mel et ceram habet: mel divinitas est, ora humanitas, favus Verbum caro factum est in Virgine;* ac si Deus dicat: *Ego expertus sum, quod laudo.* *Favus distillans labia tua*; ego devincitus tibi charitate, osculo ori mei labia tua pressi, simulque dulcedinem infudi, et a dulci dulcedinem expressi. Valde impressi dulcedinem, et vere expressi suavitatem, quando meum tuo in te sociavi, et per tuum a te cum meo per iter et tuo exivi. Mea divinitas mel erat, et tua humanitas cera erat, et inde meipsum favum feci. » Prosequitur deinde certa: « *Mel et lac sub lingua tua, Verbum sub carne tua; sub lingua tua, quia Verbum; sub lingua tua, sub carne tua, quia absconditum.* Mel et lac Deum et hominem; mel divinitas, lac humanitas: mel de celi ore venit, quia divina natura supra omnia est: lac de carne exprimit, quia humanitas de deorsum assumpta est. *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata*, quia omnem gratiam vincit tua sublimitas, omnem perfectionem superat tua dignitas; quia Spiritus in tua humilitate requievit singulariter, qui in tua virginitate miraculum nulli comparabile fecit. »

Vulg. 12. HORTUS CONCLUSUS SOROR MEA SPONSA: HORTUS CONCLUSUS, FONS SIGNATUS.

Noster veritatis *hortus*, nam et sic vertere Septuaginta, ac nonnulla exemplaria pro *לְגָתַל* habent *gan*, id est *hortus*, haecque videtur vera et continua lectio.

PRIMUS SENSUS
AD EQUITATIS,*De Christo et Ecclesia.*

Ecclesia
hortus
conclusus.

Hortus conclusus (sera vel *pessulu*, hoc enim est *סִינֵּל*: Arabicus, *obscuratus*) *SOROR MEA SPONSAS*: *הַרְטָבָתָה chatum*, id est *sigillo obsignatus*; Arabicus, *sigillatus*. Intellegit notam comparationis vel similitudinis *sicut*, q. d. *Sponsa mea est sicut hortus conclusus*, aut sponsa similis est horto concluso et fonti signata, id est horto plantis lexisimis consistit, et arte topiaria ad omnem elegantiam et amplitudinem composito, ideoque *conclusus* ne a via oribus spolietur, vel a bestiis conculeatur; et fonti aquas limpidissimas et sapidissimas scaturient, ideoque *signata*, ne quo modo turbatur, turbaretur, aut lutescat.

Porro hortum conclusum Salomonis ad littoram ita ex Josepho, Brocardo et Breidenbachio depingit Adrichomius in *Descript. Terrae Sanctae*, pag. 170, num. 189. « *Hortus regius, qui hortus conclusus* dicitur, hortus erat in suburbani Ierusalem, muris undique septus et obscuratus: atque *sicut* paradisus arborum, fructuum, herbarum, aromatum, forum, fructuositatem ubertatem amoenus, multequeque ac foventis sensibus conveniens, et ad successum voluntarios idoneus. In quo erat inclitus ille fons Rogel et lapsus Zoethel, quorum frequens in Scriptura mentione fit: « *ubi Adonias cum regnare instituit, immo^{ta} vici^{ta} et una cum suis ascessis convivium fecit,* » *III Reg. 1, 9.* Hinc consequenter *fons signatus* erat fons regius Rogel, irrigans hortum conclusum, ut iam dixi, et quo res habebat. Sicut apud Persas erat fons, ex quo res exsulat fons primogeniti bibebant, adeo ut, si quis alius ex eo bibisset, capite plecteretur, teste Atheneo, lib. XII, cap. vi. Similis fons clausus est ad portam juxta Complutum, ex quo pro solo rego aqua deponitur. Pari modo in locis desertis aliquis, ubi est penuria aquae, fontes clauduntur et signantur, ne aqua a viatoribus exquiratur, aut luto aliave re inficiatur. Talius fons, quo Rachel adquabat oves patris sui, *Genes. cap. XXIX, vers. 3.*

Comparavit superius sponsam thuri, myrram, aromatum; nunc generaliter eandem comparat horto illis aliisque frondibus, floribus et fructibus abundanti, ideoque concluso; preseruum, quia tabibus se paschalibus deliciosa Salomon, ut patet *Ezech. cap. II.* Porro pro *hortus* secundo loco hebreus est *לְגָתַל*, quod *primo*, Isidorus Clarius et R. Salomon vertunt *porta*, ut sit hic triples comparatio, scilicet ut sponsa comparetur horto concluso, porta conclusa (uti et *Ezech. cap. XLIV, vers. 2*) et fonti *obsignata*. Secunda, ali^o *gal* vertunt, *octauato aquarum* (*לְגָתַל* enim est *volvere, rotebatur*), puta satyriko sive fonte; unde hunc versum si transferint, *hortus observans soror mea sponsa; fons obsignatus.* Tertia, optime

vallo munita, diabolo semper claudi, soli vero sponso Christo patrem debet. Eadem est *fons signatus* signe crucis, quod est signaculum et character Christi; unde non licet ei adulterino diaboli signo insculpi, sic et Lucas abbas (qui *Commentarium Apoc.* paulo ante finem prosequitur, sed ipsis Apoc. verbis in pauca contradicuntur, censit sigillum, quo fons Ecclesie, id est baptismus obsignatur, esse signum crucis. Sieut, inquit, tuus *fons signatus* a Patre dicitur Christus, ita et Ecclesia *fons signatus* regali videlicet signaculo crucis appellatur a Christo, continens intra se aquam baptismatis, quam signaculo ex pretiosa fonte suscipiunt iniqui, dum lavantur.

Huc accedit chaldeus, qui per *hortum clausum* accipit conjugatos honeste viventes, per *fons signatus* virgines: omnes enim fideles in Ecclesia aut sunt conjugati, aut calibes: «Et mulieres, inquit, tuas, quae nuptiae sunt viris, honeste sunt; sieut sponsae honestae, et sieut *hortus voluptatis*, ad quem nullus vir habet potestatem introiendi, nisi justi, quorum anima mittunt illuc per manus angelorum. Et virgines tuas absconditae sunt, et reconditas in penetralibus et signatae sunt, si cui fons aquarum viventium, qui oritur sub arbore et dividitur in quatuor capita fluminum, et nisi esset signatus in nomine magno et sancto, egereretur, et fluaret, et inundaret universum mundum.»

Porro S. Augustinus, lib. III de *Baptismo contra donatistas*, cap. xxvii, asserit Ecclesiam esse horum conclusum et fontem signatum in iustis et sanctis duxit: nam impios huius spissas illi forinsecus tantum adjacente super numerum. Addit S. Anselmus his repeti *hortus conclusus*, quia Ecclesia dupli mure vallatur, scilicet fidei et operibus, aut quia constat Iudeis et gentibus, aut potius, quia vallatur firma fide, ne qua heresis vel error in eum irrepatur, vel irrumpat, et firma sanctitate, ne quo vitio depravetur. Duplex ergo ejus pessulus est, firmitas fidei et constantia sanctitatis; utramque illi praestat vigilanza episcoporum et pastorum, ac presarianti romani Pontificis, qui omnes hereses et abusus subnascentes illuc damnat et prescribit: habet enim assistentiam Spiritus Sancti, ut in rebus que fidem et rectos mores concernunt, definientis sanctiendisque errare non possit, que utique firmus Ecclesiae contra omnes errores et hereses est pessulus.

Alludit ad paradisum voluntatis omnibus floribus et fructibus vernantem, in quo positus est Adam, ibique creata est Eva; sed quia caruit clausura, irrepit serpens, qui Eam, et per eam ad amum decepit et subverbi: at Ecclesia *hortus iste clausus*, in quem diabolo non est aditus, ne pravis hominibus, ne cum subvertant, ut fuit peruersus senibus aditus in pomarium Susanne, non satis undique clausum, quae proinde pudicitia periculum et infamiam incurrit, Daniel. xm, 8. At non ita Ecclesia, quae his, id est omnimodo

est clausa et obliterata, contra omnes tam diabolum quam hominum insidias. Ita S. Ambrosius, lib. De *Bono mortis*, cap. v, ubi et addit Platонem in *Sympethos* ex hoc loco Cantici. aque ex *Genesio*, cap. ii, 8, mutuatrum esse sum fabulum de *horto Jovis*: «Hinc hortum illum, inquit, sibi Plato composuit, quem Jovis hortum alibi, alibi hortum mentis appellavit: *Jovem enim et Deum et mentem totius dixit*. In hunc introisse animam quam Peniam numerat, ut se abundantia et diuersitas horum repletus sit, in quo repletus potu jaceret Porus, qui nectar effundere. Hoc igitur ex libro Canticorum compositum: eo quod anima Deo adhuc in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diversarum virtutum, flores sermonis. Quis autem ignorat quod ex paradi illo, quem legimus in Genesi habentem lignum vitae, et lignum scientie boni et mali, et ligna cetera, abundantiam virtutum putaverit transferandam, et in hortum mentis esse plantandam? Quem in Canticis cantorum Salomon hortum anime significavit, vel ipsam animam; sic enim scriptum est: *Hortus clausus soror mea sponsa: hortus clausus, fons signatus: transmissiones tue paradoxis.*»

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Anima sancta, preseruanda perfecta, est *hortus conclusus* et *fons signatus*, quia virtutum omnium quasi floribus et fructuum amicentia veritas, et aquis sapientiae abundans, eas diligenterissime custodit, claudit et obsignat, ne diabolus, mundus, aut caro eas surripiat aut inquietu. Audi Richardsonum de S. Victore: «*Hortus* est anima, in qua excoluntur virtutum plantaria et spiritualium studiorum germina: hic hortus tunc foditur, dum ea via radicibus extirpantur et mores converuntur. Qui etiam aliis tunc foditur, cum naturali ratiōnē et origines cognoscere studet homo: nunquam enim tepidus operari, et naturae vitiorum ignarus poterit bene mortificare vita. Fodienda est ergo divinae passionis memoria, et clavi illi, quibus impīi foderunt manus et pedes Domini, eam confidunt domum memoriam habemus, et huic dolori condoleamus, et proinde de peccatis nostris dolemus, quibus tantis beneficiis ingratis recolimus nos.» Hinc collige animam sanctam esse *hortum Dei*, in quo ipse non solum sancta flora, id est sanctorum desideriorum jacit, sed et fructuum, id est sanctarum actionum spargit.

Queres, quisnam est *pessulus*, quo hujus animae hortus obseratur, et quod *sigillum*, quo ejus fons obsignatur? Primo, S. Gregorius recte respondet esse rectam intentionem: «Anima sancta, inquit, est *hortus conclusus*, quia dum virtutes miti, flores gignit; et dum virtutum exhilaratione

se reficit, fructus quos generat eadem custodit. Conclusus rām *hortus* esse dicitur, quia dum bona sua intentione vite aeterna abscondit, dum humanas laudes ornamento contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hortis antiquis irrumpere possit. *Fons* etiam dicitur, quia *lum celestia assidue cogitat, dum scientia Scripturarum semper in ventre memorie congregat, quasi aquas viventes, sancta mens in se gignere non cessat, quas sibiens proximis præbere, ut reficiatur, valeat; unde scriptum est, dicente Domino, Joan. iv, 13: *Qui bibet ex equis, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua, quam ego dobo ei, fit in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.* Et alibi, cap. vii, 35: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva.* Sed our dicitur *fons* iste signatus, nisi quia sensus spiritalis membris indigens absconditur; infidelis enim homini a Domino dicitur, Joan. iii, 3: *Spiritus ubi vult spirat: et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat.*»*

Beatae,

gratia,

Christi;

Secundo, Justus Orgelitanus censet pessulum hunc esse Christi gratiam: sic et S. Augustinus, lib. II *Contra Crescon.*, cap. xiv et xv, refellens sententiam Cresconii dicentis signaculum sponsae Ecclesiae esse heptimum, docet signaculum esse sponsae Ecclesiae, qui fideles in una Ecclesia copulat: «Hujus fontis largo, inquit, atque invisibili flamine lefistic Deus civitatem suam, de qua Prophetæ predixit, Psalm. xlv, 5: *Flumini impetus levatus civitatem Dei: ad hunc enim fontem nullus extrahens, quia nullus, nisi dignus vita enterit. Hic est fons proprius Ecclesie Christi, cui tanto ante prophetatum est: Fons aqua tua sit tibi proprius, et nemo alienus communiqueret tibi. De hac enim Ecclesia et de isto fonte dicitur et in Cantico cantorum: *Hortus conclusus, fons signatus*, putues aquae viva.» Et post nonnulla: «Ad illum tamen fontem proprium cui nemo communicat alienus; ad illum fontem signatum, hoc est ad Spiritum Sancti donum, quo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, nullus istorum nisi mutatus accedit, ita omnino mundanus, ut non sit alienus; sed sit celestis participes pacis, sancte socii unitatis, plenus individuae charitatis, civis angeliæ civitatis.» Adverte S. Augustinum hic agere de hereticis, qualis erat Cresconius et donatista: hys enim negat esse in Ecclesia; ceteri autem mali, si fideles sint, sunt membra Ecclesie, sed mortua, et non viva, ideoque non pertinet ad Ecclesiam sanctorum, quia in Cantico hoc agitur.*

Tertio, Nyssenus et Philo censent esse observationem mandatorum Dei: «Hac enim clauditur et vallatur auras, inquit, ne quid boni ob laudes humanas agat; non propter inanies haereticae et peritura labores, sed ob semperna illa augea coelestia honestissime vivat, que nos sola explore possunt atque habeat: summo studio cir-

cumspiciens ne ad interiora bona rapienda antiqus hostis irrumpat.»

Quarto, alii: *Anima sancta, inquit, est hortus Dei protectione conclusus, et fons humilitatis studio signatus.*

Quinto, tres Patres apud Theodoretum asserunt *fontem signatum* esse mentem cogitatione et amore Dei, cuius imago est, obsignatum, que nullus diabolus, concepiente, vel carnis cogitatione admittit; unde S. Ambrosius, lib. De Isaia, cap. i: «Cave, inquit, ne vigor mentis tuae coitu quodam corpore voluptatis inflexus emollitur, atque in eius amplectu omnis dissolvatur, et fontem ejus aperiat, qui debet esse clausus et septus intentionis studio et consideratione rationis.»

Sexto, Richardus de S. Victore assertur seram *horti animae* esse silentium et custodiam *senectutis et ergo* etiam *silencium et contemplationem*; «Per silentium enim, inquit ipse, excitorum in profecto et justitia, quia cultus justitiae silentium requirit. In quo se cobibet non solum a noxia, sed etiam ab otiosis et superfluis, quia per minimam pervenitur ad maiora, et per otiosa decipitur mens, et extra se dicitur; sicut dicit Gregorius: Quod supervacuus verbis mens a silenti sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se dicitur. Ut ergo in se renante et se videat, se cognoscet, se corrigit, ab otiosis et superfluis verbis se reprimit et temperat. Auditum quoque et visum concludit, ne introrsus trahant, quod mente inquietu vel maculet.»

Addit deinde aliam anima seram, scilicet celare sua beneficia: «Non enim solum, inquit, ab exterioribus periculis hunc muniri et claudiri, sed intra se bona sua celat et hominibus occulat, sciens quod, cum bona opera innocescunt et laudantur, mentem resolvunt et enervant: difficile est enim aliquem laudari et venerari, et non aliquatenus laude sua delectari, vel etiam intus gloriari; difficile est aliquem servum inuidem se reputare, dum bonorum testimonio bonus predicator; imo contingere solet, ut deceptus laude magis credat famae quam conscientie: incautus enim anima laudibus, ut mala sua non videat, et de justitia fallaciter se exultat; ac pluribus interjectis addit: «*Pro fonte signatum, intelligentiam videlicet spiritualem, Spiritus Sancti signaculo impressum, et sacra Scriptura documentis et Patrum exemplis munitam intellige. Quod enim sapit anima talis et sentit, nee corruptum est a malo spiritu, nee in aliquo a sana doctrina discordat, vel exemplis sanctorum contraria comprehenditur, vel novitate noxia, seu presumptione est vitium. Hoc fonte irrigantur horti hujus plantaria, quia haec scientia informantur virtutes et bona studia, et proficiunt atque discrete fiunt.*»

Symbolice, Nazianzenus in *Oratione habita ad Gregorium Nyssenum*, per *hortum conclusum et fontem signatum* accipit amicitium verumque ami-

clara, fons signatus et natus significativa

cam : ad hunc enim in quavis necessitate, quasi ad hortum fructibus salutaribus cuiusvis auxiliis abundantem, ac fontem consilii limpissimi futurum unico est per fugium : « Amicus fidelis, inquit, hortus conclusus, fons obsignatus, qua opportune aperiuntur et communicantur » amici, non inimici et hostius.

TERTIUS SENSUS
PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Reata Virgo ab Ecclesia in *Litanis Lauretanis* vocatur, et invocatur *hortus conclusus, fons signatus*. B. Maria, ait Iustus Origenitus, « virgo concepiens, virgo generans, conclusus hortus et signatus fontis intermitterat in se deinceps exhibuit : » sic et Nyssenus, *De Nativitate Domini*, S. Epiphanius, serm. De Laudibus Deiparae, S. Iudephorus, et S. Ambrosius, *De Instit. Virgin.*, cap. viii, et alii docent. B. Virginem esse hortum et fontem propera fecunditatem, sed *conclusum* et *signatum* propera virginitatem; unde « ad hunc paradisum serpens aditum non habuit », ait Damascenus, oral. 2 *De Assumpt.*, et S. Hieronymus, lib. I *contra Iovin.* sub medium : « Quod clausum, inquit, atque signatum similitudinem habet matris Domini, matris et Virginis; unde et in sepulcro Salvatoris novo, quod in petra durissima fuerat excisum nec ante, nec postea quisquam positus est. Et tamen haec virgo perpetua multarum est mater virginum; sequitur enim : *Emissiones tuae paradisus*, » etc.

Virgo quaedam est hortus conclusus et fons signatus.

Hinc B. Virginis imitatione et exemplo, quælibet virgo est *hortus conclusus* et *fons signatus*; signatus, inquam, custodia virginitatis, custodia oculorum et aurium, virginali pudore, silencio, soliditudo et fuga virorum. Ita S. Ambrosius, lib. I. *De Virgin.* : « Virgo, inquit, est sicut hortus fulvibus inaccessus, vitem redolens, fragrat oleum, rosam renidet, ut in vita religio, in olea pax, in rosa pudor sacre virginitatis inolecat : accingere itaque, virgo, et si vis hujuscemodi tibi ut hortus aspergit, propheticus enim clavis precepit : *Pone custodium ori tuo, et ostium circumstantia labi tuis*, » *Psalm.* cxx, 3. El S. Hieronymus, epist. 22 *ad Eustochium* et *custodia Virgin.* : *Rursus, inquit, a sposo audies : Hortus conclusus, etc., fons signatus.* Cave ne dominum exas, et velis videre filias alienae regionis, quamvis fratres habetas patrarchas, et Israele parente letetis. Tuna egressa corruptum : no lo spouson querere per plateas, nolo te circumne angulos civitatis. »

Insuper S. Ambrosius, *De Instit. Virgin.*, viii : « *Hortus conclusus*, inquit, es, virgo, serva fructus tuos, non ascendant in te spine, sed uva tua floreat, nemo auferat sepiem tui pudoris, quia scriptum est, *Eccles.* x, 8 : *Et destruenter sepe mordet serpens. Fons signatus es, virgo : nemo aquam tuam poluit, nemo conturbet, ut imaginem tuam*

in fonte tuo semper attendas. » Addit Rupertus B. Virginem esse *hortum conclusum* ob virginitatem corporis, *fontem signatum* ob animę mensaque integratim inviolabilem : « quia mens ejus nulli otio, nulli speciali nequitie fuit unquam penetrabilis. » Audi Sophronium, serm. *De Assumpt. Deiparae* : « Sic exivit Christus de Virgine, ut esset, sicut Ezechiel fatus, porta omnino clausa : unde canitur in eisdem Canticis de ea : *Hortus conclusus, fons signatus : emissiones tuae paradise*. Vere *hortus deliciarum*, in quo consistit sum universa flora genera et odoramenta virtutum ; sieque *conclusus*, ut nesciat violari, neque corrumphi ulli insidiarum fraudibus : *fons itaque signatus sigillo trinitatis*, ex quo fons vita manat, in cuius lumine omnes videbimus lumen, quia juxta Joannem, cap. i, vers. 9, ipse est qui illuminat omne hominem venientem in hunc mundum, cujus profecto emissio uteri supernorum civium omnium est *paradise*. »

VERS. 13 et 14. EMISSIONES TUE PARADISUS MALORUM PUNICORUM CUM POMORUM FRUCTIBUS. CYPRI CUM NARDO : NARDUS ET CROCUS, FISTULA ET CINNAMONUM CUM UNIVERSIS LIGNIS LIBANI : MYRRAM ET ALOR CUM OMNIBUS PRIMIS UNGUENTIS.

Hebraice סְלָחַיָּה בְּסָמִים, id est aromatibus, ex quibus unguenta confunduntur : malum punicum, sive granatum in Palestine frequens est et pulcherrimum, ideoque hic illius prae aliis frumentis meminit.

EMISIONES, — hebraice סְלָחַיָּה, pri- mo, referri possunt ad halitum suavem et odores, quae exquirant arbores horti conclusi, q. d. Tu, et sponsa, suave exhalus odorem, quem exhalant arbores paradisi; sic ait Martialis :

Olet quod ἡλίας, Atticique flores;

secondo, ad munera, que sponsa quasi dotem misit spacio, vel que inter socias suis distribuit : hec enim vocantur *emissiones*, sive missilia, q. d. Munera fructuum paradisi, sive horti tui, puta nardum, crocum, cinnamonum, myrram, etc., misisti mihi spose tuo; unde Theodoreus, *hore omnia, ait, misisti mihi, et tempore nuptiarum atlanticis*; sic et Origenes. Huc accedit S. Ambrosius, lib. *De Isaac.* cap. v, ubi per *emissiones* accipit munera, que sponsus misit ad sponsam : « *Laudat, inquit, munera anime, quae missa sunt a sposo quibus dotata veniebat; dos autem piam animae bovi odore sunt, myrra et aloë, quibus spirat hortorum gratia, et peccatorum fator abulet.* » *Tertio*, Gilbertus abbas, serm. 35, et Titelmannus accipiunt *emissiones aquarum*, quas *fons signatus* in hortum spose erigat, ut eum irriget et fecundet. *Quarto* et genuina, *emissiones* sunt propagines plantarum et arborum, putu surculi, quos radices vel rami progerminant, ut folia, flores et fructus producent : hi enim ex terra vel arborum sinu videntur emitti; unde Vatabrus at-

allii vertunt, *plantationes*, vel *plante tuae*; R. Salomon, *area tuae*; alii, *horti tui*, q. d. *Plante tuae* sese propagantes, o sponsa, tante tamque pretiosa sunt, ut paradisum efficiant, imo ipsa simul congesta sunt paradisus malorum punicorum et pomorum omnis generis. Explicit enim quod dixit, *hortus conclusus*, q. d. Ideo es hortus conclusus, quia es paradisus pretiosus malis punieis, pomis, cypro, nardo, etc., consitus, quem proinde, ne furibus vel bestiis carpenderet, calandusque pateat, claudi oportet; unde Arabicus pro *emissiones*, etc., verit, *hortus poniferum frondum, ranuncularum, flores cum varietate colorum*.

Pro *pomorum*, hebraice est כְּמָדִין, quod significat *fructus optimos*, dulcissimos, ipsaque paradiſi delicias : *melegdin* enim et littoralis et significato aliud sit כְּמָדִין *madamoun*, id est *delicia*, voluptuaria, bellaria; ponu ergo hoc significant *ficus*, *pyra*, *ceraso*, *emygdala*, omnesque fructus, etiam nubes : aliquo *poma* vocant fructus, qui molliori sunt *corticis*; *nubes*, vero, qui duriori : Septuaginta vertunt, ἄρχεται, quod Complutenses et Vaticani vertunt, *vacuum*. S. Ambrosius, lib. *De Isaiae*, cap. v, et S. Hieronymus, lib. I *contra Iovin.*, vertunt *pomorum* : ἄρχεται enim vocantur omnes fructus, sive poma sint, sive nubes; unde poma haec particulatim exprimunt, subdit, *cypri cum nardo*, etc. Hinc et hebrei est *cypri et nardi* in plurali; significantur ergo haec fructus fructus qui mox vocatur *nardus*, et alterius, qui superius vocatus est *cypri*; unde addit, *cum universis lignis Libani*. Hebraeum כְּלָבֵן *selachach*, chaldaic חַלְאָכָח, latine *legatus*, vel missus : unde Philo Carpatus : *Per emissiones paradisi, inquit, ἄρχεται dicuntur, sanctissimi apostoli, quod deliciarum horti lavacrum sacri fontis habentes, intelliguntur; qui tanquam mala punica foris rubentes in labiis et erumnis, postremo et sanguine martyri, permixtis hominum Christi fidei, veluti grana pepererunt; itisque tanquam parvulus fructus suavissimos arborum caelestium, ad fidei incrementum et charitatis opera præbuerunt.*

*Pro emissiones ergo sunt Ecclesia particulae, a Christo et apostolis, ac præserunt a S. Petro Ponifice romano missis erecte et fundata, in quibus sunt *mala punica et pomorum fructus*, id est virtutum omnium tam sublimium quam medicorum concensum, ait S. Hieronymus, lib. I *contra Iovin.*, et Nyssenus : quia mala punica spinis horret, ait Sanchez, que fures accent, et certe habent amarum et austernum, qui virtutum optimus custos est. In spinosis autem ramis, atque in amaro cortice significari putat continentiam et severum vivendi genus, quod procud a se repellit quidquid punica planta fructibus insciatur, id est virtutibus, que et eleganter rubent, et arridont palati. Theodoreus vero *per mala punica* accipit charitatem, que exteris virtutes in se continet, sicut malum punicum grana*

Emisiones sunt particulares Ecclesie, quas universis Ecclesia ejusque caput, puxa S. Petrus, ac romanus Pontifex per suos sacerdotes et legatos per totum orbem ex Jerusalem, vel Roma missos fundavit, aut fundat, vel promovet in variis Asia, Africa, Europa, Indie regnis et provinciis juxta illud quod de Ecclesia sub meta phora vixit eccepsit Psaltes, *Psalm.* lxxx, 12 : « Extendit palmites suos usque ad mare, et usque ad flumen propagines ejus; » ita Cassiodorus : *hec enim suavissimum virtutum omnium, quasi arborum et aromatum odorem exspirant*, adeo ut paradiſi esse videantur, imo re ipsa ad paradiſum caelestem sus fideles deducant. Hinc rursum in iis sunt plantae pretiosissimas omnis generis, hoc est omnes sanctorum ordines, qui septem numerantur, iuxta septem romatas, que hic nominantur, scilicet patriarche, proprie, apostoli, pontifices, doctores, martyres, virginis, cum ceteris signis Libani, id est cum reliquo iustorum cultu, qui sua sanctitate suavissime redolent, et ad caelestem paradiſum totis viribus contendunt. Ecclesia ergo non est hortus olorum, sed paradiſus arborum et aromatum pretiosissimum.

Mala punica nisi quae nam?

Es vos, o beri, carpm, et te proxime myrbe,
sic posite, quoniam suaves miscetis odores.

plurima inter se complectiuntur, eaque inter se unit et consociat. S. Gregorius vero, Anselmus, Hugo et alii per *mala punicia accipiunt martyres suo sanguine rubricatos*, quos primos fructus ex se misit Ecclesia: hi enim omnium virtutum velut granorum congerie abundantur, hinc erant paradiis deliciarum, quia omnia tormenta eis suavia et delicosa videbantur ex amore Christi. Addit Cassiodorus quovis fideles, qui memoriam passionis Christi semper in mente retinente et sub corde Ecclesia degunt, esse *mala punicia*.

Jam complexum hunc virtutum in sequentibus particularium exprimit dicens: «*Cypri cum nardo, nardus cum croco; cypri, nardus et crocus notant tres virtutes theologicas fidem, spem et charitatem, ait Philo Carpathius, causamque addit: «Cypri enim arbustula est flore candido cinchonum instar pendente, coma odoratissima, folia olearia. Ex his fit unguentum nomine *cypri* ad multa commodissimum: habetque folia, flores, fructus et ramos utilissimos: haec enim optima in Ascalone Iudeae et Egypti campo provenit. Nardus quoque medius est fructus Syrie et Indiae praeautissimus, colore rufo, comosus, odoratissimus, saporis amari, suavitatem odoris distinxisse redolens: calefacit, excusat, virgineo perpetuo: miscetur antidotis, et efficacissimas vires ad quamplurimos morbos habet.» Pergit deinde ad cromum et cestros fructus: «*Crocos* item notissima herba est, cuius probatissimus in medicina usus, preserim qui ex Cilicie promontorio, nomine *Corycus* maximus est odoris: folio est angusto in capillatum modum, florem celestis arcus persimilem, calix modo ab angusto in latum sese explicantem habet: intra quem fructum triplicem veluti apicem coloris flammel ex una radicula, duplo filo lutei coloris hinc inde munitione profert; gaudet calcar et attiri pede, perennoque felicitus provenit: ideo juxta fontes et viarum semitas latissimus est, nec molli ac dulci, sed vino vel aqua dissolviatur; hinc igitur croco exercitati virtute patientia, et factis charitatis illustris comparantur; qui (veluti triplex croci fructus ex una radice dilectionis emanans) Deo, sibique et proximis utiles existunt; terrenis rebus angusti, sed celestibus amplissimi; castigati et afflicti corpore, sed anima vegeti, latissimi et immortales.»*

Has proprietates cyperi, nardi et croci facile est applicare fidelis, spes et charitati; *cypri* ergo, qui parvula, etc., notat fidem; *nardus*, quia radice meliore sui parte in terram defoditur, et frigidis capitibus, stomachi et lienis morbis medetur, spem frigus accedit excentem, que quasi vinculum est fidei et charitatis: hinc bis repellitur *nardus*, et cypro crooco fungitur. Audi Apionius: «*Nardus* cum frigis de algentibus membris expellat, consolationem Spiritus Sancti spemque illius significat, quod dicitur, *Math. v.* 8: *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.*»

Philo, Anselmus, Hugo, Richardus et alii licet quisque eorum singula singulis alter et alter applicet. Unde Honorus Augustus et Guifelodus per *cypri* understande in Egypto accipiunt continentis et religiosos, quibus olim plena erat Egyptus: ibi crescit *nardus*, ait Honorus, hoc est, humiles et innocentes, qui se coram aliis parvo et despacto faciunt, et odore atque ardore charitatis saudos peccatis ungunt: ibi crescit et *crocus aureus coloris*, qui sunt sapientia divina fulgentes: ibi crescit et *fistula robusta* et *purple cortex*, quae ad curandas viscerum moles valet, qui sunt patientes pro Christo, et pro fratribus suis animam ponere parati: ibi crescit et *cinnamomum cinereum coloris*, qui sunt paenitentias, qui se infirmos reputant, et in cincta penitentiam agentes dulcem odorem Ecclesie presentant; et *cinnamomi cortex nimbo fervore solis* ab arbore solvit: hi sunt monachii, qui se a mundo separant amore Christi. Ibi crescent *universa ligna Libani*, cedri, et similes arbores que sunt universi fideles Christi tum prelati, tum subdili. Ita ipsi.

Huc accedit Chaldeus qui iudeica hæc accipiente de Synagoga generante filios fideles Deo, qui representant christianos, sic verit: «*Juvenes autem tui pleni sunt præcepti, etc.* sicut malognata: et diligunt uxores suas, et generant filios justos similis eis, et ideo odor eorum sicut aromata optima horti volupsum, et sicut cyprum nardo; nardus et croci et calamus cum aromatibus, et cinnamomum cum omnibus lignis: *thujis*: myrra monda et ligna aloes, cum omnibus speciebus lundibrium aromatum.

Porro S. Hieronymus lib. *I Contra Jovianum*, qui per hortum conclusum et factum signatum accipit virginitatem et virgines Ecclesie, per hanc septem aromata septem virtutes virginum intelligit: «*in malognanis*, inquit, et pomis omniatim significantur in virginitate conceputi.» Alchimus vero particulatum singula singulis adaptans: «*Emissiones*, inquit, significant bonas operationes, que sunt paradisus, id est delectabiles, quia hebreico *Eden significat hortum deliciarum*; et quidem *paradisus matorum paniorum* dicuntur, quia sicut malum exterius rubrum est, et in uno cortice multitudinem habet granorum, sic in virginie multitudinem honarum operationum infra fidem dominice passionis tenet inclusa. Cum pomorum fructibus, hoc est, honestis et pudicis ejus locutionibus, ex quibus in mentes fidicium fructus informationis processit: nempe *cypri* significans virginitatem, *nardus* veram charitatem, *crocus* divinam sapientiam, *fistula* humilitatem et patientiam, *cinnamomum* interiora contemplationis dulcedinem, *universa ligna Libani* omnes alias virtutes, que aliquod rober habent, et mentem spiritualiter deulant, *myrra* quae significat carnis mortificationem, *aloa* bona opinionem, prima unguenta Spiritus Sancti dona.»

Hece omnia, que dixi de Ecclesia, facies est adaptare anime sancte, communato nomina: *emissiones* ergo, id est propagines et surculi, quos ex se hortus anime sancte pia disciplina excutus emitit, sunt actus virtutum, tam theologicarum, quam cardinalium. Item sermones sancti, quos ex ore emititi, ut proximos a vitiis ad virtutes casdem, ac ad Christi disciplinam traducat: ita Cassiodorus, S. Gregorius Nyssenus, hom. 9, Beda et S. Ambrosius, *De Bonis mortis*, cap. v, qui legens, *transmissions* *in paradiso*: «In illo, inquit, horto sermones boni sunt, alius qui culpam coercat, alius qui iniquitatem corrigit, alius qui moni faciat insolentiam et velut sepiet, quando corruptus aliquis erroribus suis renuntiat.»

Jam sigillatum virtutes, quas recensui, aromatum singulis eo modo, quo dixi, attribue; verum quia variis Patres altera attribuerunt, idque vario, eorum sensu hic attexere in lectorum gratiam decrevi.

MALORUM PUNICORUM. — Gilbertus, qui continuavit sermones S. Bernardi, *serm. 33*, per *mala punicia* accipit regularem unanimitatem, sive religiosos unanimitatem in eodem collegio, vel conventu sub regulari disciplina viventes: «Pene indiscerni, inquit, facie huius sibi *mali grana* coherent, numeri singulariter magis distincti, quam specie: discamus et nos invicem numero differre, non animo. Non rixantur invicem, non contra corticem murmurant, non tentant illum perumpere, patienter se sinunt eius quasi alvo concludi, ut quodcummodo dicere illud videantur, *Psalm. cxxii, 1. Ecce quam bonus, et quam iucundum habere fratres in unum.*» Exemplum dat ipsis suos religiosos quos compellat dicens: «An non fratres in hoc ordine nostro, ac si in cortice punico passionis Christi per imitationem color rutat? Deinde velut quedam huius mali grana sunt, qui sibi natum dicunt sub disciplina cortice confineri, qui non tam premi se censem, quam protegi. Absit amor proprietas, absit amor private potestas, et hujus te mali grana exhibes. Dicant alli nostro invitati exemplo, quam bonus sit, et quam iucundum habere in quadam horte communionis, et sub minime corticis; charitatis unita et cortex muniat. Quot videlicet ordinata collegia, tot intelligite velut quedam mala punicia.»

CYPRI. — Primo, per *cypri* accipe fidem, ut dixi; Nyssenus tamen, et tres Anonymi apud Theodorum, accipiunt charitatem: *cypri* enim est calida, charitas autem est calor spiritus. Huc accedunt Cassiodorus et Beda, qui per *cypri* accipiunt gratiam, que a celo velut manna de-

pluit: sicut enim mamma erat quasi semen album simile coriandro, sic est et cyprius. Secundo, S. Anselmus: « *Cyprius*, inquit, cum sit virga gracilis, que crescit in magnam altitudinem, et habet grana, unde fit regium unguentum, sanctos illos significat, qui crescunt in multam altitudinem virtutum et proferunt grana honorum operum, quibus ungitur et delectatur Deus. » Huc accedit Aponius, qui per *cyprius* accipit paternum, hæc enim *opus perfectum* habet, ut ait S. Jacobus, epist. cap. 1, 4: « Unde ergo, ait Aponius, honorum ordinis in Ecclesia? tristitia si patientes suscipiantur: » *cyprius* enim interpretatur *tristitia*.

NARDI. — *Primo*, per *nardum* cum Aponio accipio spem; Richardus Victorinus tamen accipit dilectionem: « *Nardus*, inquit, de quo unctum est dominicum corpus,unctionem dilectionis Dei in corde significat, quia sic ungur, ut tribulatio avaritiae resistit, sicut fistula hydropsi: avaritia enim est anima hydrops; Cassiodorus tamen per *fistulam* accipit humilitatem: « *Et eo, inquit, quod brevis arbuscula est, que et cassia vocatur*, *corticis purpurea, fistula significat sanctos humilitatem et patientes preceipios, pauperes scilicet spiritu, quorum est regnum celorum; purpures autem cortex significat passionem Christi, quam humiles spiritu semper in corde retinent, et imitari satagunt. » Secundo, Aponius et tres Anonymi apud Theodoretum per *fistulam* accipiant temperantiam, que insta fistula viscerae infirmitates per abstinentiam humoris siccando sanat, et instar fistule in altum, ac ecclesia contemnenda mente sobrium suscitati. Tertio, Hugo de S. Victore: « *Fistula*, inquit, sunt compuncto penitentes quicunque vel in se, vel in aliis peccatorum intrinsecas latentum molestias per gratiam compunctionis, confessionis, vel etiam effaciens admonitiones expellunt: fistula quippe ad curandas viscerae molestias utilis est. » Quarto, Joannes Carmelita, qui per *fistulam*, vel *calamum* intelligit cannam continentem saccharum, per eam accipit orationem: hec enim est *Orna* quasi fistula ecclésie, a Deo sugen suravitatem consolationis omni saccharo dulciorem.*

CINNAMONI. — *Sua* accidine, vivacitate et sapore *cinnamomum* nota sapientiam et prudentiam, ut dixi; Cassiodorus tamen et Anselmus accipiunt humilitatem, quia *cinnamomum* ex brevi arbuscula cinerei coloris nascitur. Cosmas Damianus accipit pietatem: hec enim instar *cinnamomi* suavem exspirat odorem, et ad omnia utilis est, ut ait Apostolus, Timoth. iv, 8. Porro *cinnamomum* nonnulli mira vires attribuunt, ut quod aliquanti injectum illico eam refrigeret, quod in dormientis ingestum faciat, ut ille ad omnia interrogata respondeat, etc., que recent Nyssenus et adaptat viris perfectis: verum haec fabulosa et falsa sunt. Verius Philo Carpathius per *fistulam* et *cinnamomum* accipit SS. Petrum et Paulum, qui fragrantia sua predicationis et vita sancte totum orbem repleverunt. Denique Gilbertus, serm. 36: « *Fistula* est, inquit, quando sponsa excedit Deo; *cinnamomum*, quando contemporans est nobis; et post nonnulla: « Esto velut *cinnamomum*; colloquia tua, conversatio communis gratiam spirent; et si de voluntate tua

et proposito aliquoties reflecteris, ad senioris arbitrium reflexa et quasi fracta si voluntas: non murmur resonet, non querimonia. Esto cinnamomum: emite spiramentum gratiae, non respondum injuria ideo contractum visibile spiramentum emitit, eo quod virtus humilitatis in infirmitate vexationis, et velut fractionis, proficit et probatur. Et spiramentum, et visibile dicitur: *spiramentum*, quia tranquillitas servatur in corde; *visibile*, quia reluet in facie. »

Cum OMNIBUS LIGNIS LIBANI; — que significant ceteras virtutes, ut dixi, licet Cassiodorus, Anselmus et Richardus per *ligna Libani* accipiant viros eminentes et doctores. Audi Cassiodorū: « *Ligna Libani* pulchritudine, proceritate et robore preeminent, ideoque sanctos doctores et perfectos quoque in Ecclesia significant. » Pro *Libanum* hebreus est לִבָּן *terva*, quod proprio thus significat; unde Arabicus, Syrus et Vatabulus vertunt, cum omnibus lignis thuri, id est thuri: porro *thus*, ait Nyssenus, *symbolum* est divinitatis: qui ergo in omnibus vita studis in se ostendit divine forme similitudinem, in se ostendit pulchritudinem omnium lignorum *Libani* (thus) per quae exprimitur forma divina. »

MYRRHA ET ALOE. — *Myrrha* nota fortitudinem, aloe temperantium; Theodoretus vero per *myrram* accipit mortificationem, per *aloem* tentacionem amaritudinem; Cassiodorus per *myrram* accipit continentiam, per *aloem* castitatem; Anselmus per *myrram* accipit passionem martyrii, per *aloem* mortificationem carnis et penitentiam. Symbolice Nyssenus: Per haec, at, videtur demonstrari sepulchrum Christi societas; nemo enim fit gloriae Dei particeps, qui non fuerit primum conformis similitudini mortis ejus. Sic et Philo Carpathius.

Cum OMNIBUS PRIMIS UNGENTIS; — id est cum omnibus preceipuis charismatibus et donis Spiritus Sancti: ita tres Anonymi apud Theodoretum, S. Anselmus, Richardus et Hugo Victorinus; Cassiodorus vero per *prima unguenta* accipit charitatem, de qua ait apostolus I Corint. xii, 3: « Excellentem viam vobis demonstro; » Nyssenus ero per haec *unguenta* accipit sincera Ecclesie et dei dogmatum.

PARADISES. — Denique *paradisi malorum puni-
torum* sunt religiones et claustra religiosorum, in quibus omnia virtutum aroma latissime germinant et suavissime fragrant, uti docet S. Bernardus, De Com. v. ad clericos, cap. xxi. Vide Hieronymum Platon., lib. III *De Bono statu relig.* cap. xiv, ubi religionem ostendit esse *paradisum voluppatum*.

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Beata Virgo, inquit Rupertus, est *hortus con-*
clusus et *paradisi deliciarum*, germinans fruc-

tum vite, puta Christum, qui septem aromatis, id est sepiiformi gratia Spiritus orbem emulavit. « *Nardus*, inquit, est humilitas tua, que valde oblectavit Altissimum, oblectavit me regem dilectum tuum sicut ipsa dies, quia dum eset rex in *accubitu suo*, *nardus* mea dedit odorem suum. Quidquid gratiarum, quidquid visum, quidquid operationum, coelestum munus accepti, emissione tua sunt, et ubi erant ejus spinae et vespes, et carduus, lappa et tribulus, urtica et palurus, universitas nequitiarum, ibi sit *cyprius* cum *nardo*, *nardus* et *crocus*, *fistula* et *cinnamomum*, *myrra* et *aloë*, universitas gratiarum. » Deinde *prima unguenta*, inquit, sunt cuncta opera corporalia pietatis et misericordie, quibus B. Virgo supplet defectum honorum spiritualium in *lignis Libani*, id est in divitibus et potentibus. Audi et Guillelmus: « *Emissiones* sunt fructus ex ea emissi; unicous ejus fructus est, qui ab efficacitate sancti dictus est Jesus; sed in uno illo fructu multiplex est fructus. In uno Salvatore omnium Jesu, plurimos Maria peperit ad salutem; pariendo vitam, multos peperit ad vitam. Eo ipso quod mater est capit, multorum membrorum mater est. Mater Christi, mater est membrorum Christi; quia capit et corpus unus est Christus; corporaliter caput pariendo, spiritualiter membra peperit; unde etiam ab omnibus mater appellatur, et ab omnibus cultus debito, ut mater honoratur. »

VERS. 18. FONS HORTORUM: PUTEUS AQUARUM VIVEN- TIU, QUE FLUNT IMPETU DE LIBANO.

FONS HORTORUM (Arabicus, fons, hortus): PUTEUS AQUARUM VIVENTIUM, QUE FLUNT IMPETU DE LIBANO. — Septuaginta, puteus aqua viventiis et strepatis de Libano; S. Ambrosius in Psalm. cxviii, serm. 17, et impetus descendens de Libano; quinta editio et Vatabulus, que profundit *e Libano*, puta magna copia aquae ad impetu, hinc enim efficit copis aquarum ex alto dilabentum. Aquæ viventes vocantur, que e venis terra jugulari manant et secantur, uti fit per puteis et fontibus: haec enim sunt quasi sanguis terra, ac instar viventiis e suis sceleribus ebullient, mouentur et fluant perenniter, cum aquæ stagnantes immote consistant ideoque vocantur mortue.

FONS HORTORUM. — Nonnulli generadim accipiunt quenamlibet fontem, qui hortos plures irrigat et fecundet, quales multi in Libano oriuntur, et in subjectas vales defluunt; immo R. Salomon et Gislerius per *Libanum* accipiunt quenamlibet montem purum nitidum, ex quo fontes profundunt: Libanus enim hebreica idem est quod *alban* et *candidum*. Verum ali speciatim accipiunt hec de certo fonte limpido e Libano scaturiente, et cum suavi murmur in horum vicinos dilabente, eosque irrigante et fecundante: ita Horiolanus, Telmannus, Sotomajor et alii. Hunc fontem ex Brocardo, Salignaco, Bredenbachio et alii ita describit *Aethionius in Descript. Terra Sancta*.

pag. 407, num. 48 : « Fons hortorum, cuius in Canticis Salomonis fit mentio, ex monte Libano procul a Tripoli sex milibus passuum cum impetu scaturit, ac brevi spatio auctus in vehementem cursuque velocium fluvium exerescit, susque aquis, que limpidissime, frigide et dulces sunt, omnes hortos (unde et fons hortorum vocatur) tamque regionem, que inter Libanum et Tripolum est, irrigat et foecundat. Praeter minores aliquos in tre magnos rivos se dividit, quorum prior inter Tripolim et montem leopardorum in Mare Magnum labitur; alter leopardorum monitem circumiens, idem mare infuit; tertius inter Arcas et Iaphaneas Agrippa regni civitates fluens medius, Antaracticanum alienum in predictum tandem mare se exonerat. Fluvium hunc Josephus, lib. VII Belli, cap. xxiv, sabbaticum appellari scribit, eo quod per miraculum die sabbati copiose fluit, ceteris vero diebus siccat et arescit. Porro fontes non tantum fecundant hortos, sed et inuentibus, ac lavantibus, bibentibus magnum voluptatum, refrigerant et satiem afferunt, presertim dum ex aliis montibus per canales in valles hortenses deduci, ibi in alium usque ad suam originem naturali sua vi et pondere exsilium. Per avium et bestiarum ora fabrefacta erumpunt, atque subinde avium concum et organorum harmonium auribus exhibent, quae sunt fontes hydraulicae Etesines, Aldobrandini, et similes, quos Tuseuli et Tibure spectamus. Hisce enim sponsam ob elegantiam et venustatem per omnia comparat.

PUTEUS AQUARUM VIVENTIUM. — Puteum vero hunc ideam Adrichomius ita describit pag. 6, num. 67 : « Puteus aquarum viventium, cuius in Canticis Salomonis fit mentio, juxta viam, que Tyrum dicit, sicut egregius est et admirabilis, atque versus aquilonem a Sardicis Castro paulo amplius, quam milliar. versu austriano vero a Tyro parvo millario distat. Quamvis autem singulariter puteus dicatur, sunt tamen quatuor fontes quadrati, quorum illi, qui praecipuum est, in unoquoque quadrati latere quadraginta, reliqui vero viginti quinque cubitos habent. Omnes muris fortilissimi, de durissimis lapidibus insolubili opere obfirmatis, conclusi. Unde variis deducuntur aqueductus et rivi, qui totam Tyri planitatem omnesque ejus hortos irrigant et foecundant. Distant hi fontes a Mari Magno paulo amplius quam arcus jacere potest, in quo tantillo spatio sex molas agunt, et deinde se mari miscent. » Huius putei memini quoque Guilielmus Tyrius, lib. VII Belli sacri, cap. xxii, et lib. XIII, cap. ii. Alludit ad Jordanem, qui in Libano ex duabus fontibus Jor et Dan confluibus conflatur, et nominatur Jordanus, sive Jordanes: hic enim per totam terram Israel defluit, illi miram fecunditatem aquae ac amenitatem et hilaritatem inducit, juxta illud : « Fluminis impetus iustificat civitatem Dei, » Psalm. XLV. 5. Hoc flumen praeceps ad lit-

PRIMUS SENSUS ADEQUITATIS,

De Christo et Ecclesia.

Ecclesia est *fons hortorum* et *puteus aquarum viventium*, id est purissime sapientie, sacre doctrinae et gratiae, que *fluant impetu de Libano*, id est de Christo excelsi et candido, aqua iam dictis abundant, aliam Apionius, Richardus et alii, juxta illud, Isa. xi, 3 : « Haeretici aquas in gaudio de fontibus Salvatoris; » et illud, Eccl. xxv, 35 : « Qui impliet quasi Phison sapientiam, et siue Tigris in diebus nororum. Qui adimpliet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Jordani in tempore messis. Qui mitit discipulorum siue lucem, et assistens quasi Gehon in die vendimie: » vide ibi dicta. Ecclesia enim omnem doctrinam et gratiam, quam haerit a Christo, derivat in hortos, id est in Ecclesiastis et ceteris particulares, presertim clericorum et reliquorum, qui sunt quasi hortus et paradisus Domini: eadem dicitur *puteus*, ob profunditatem doctrinae et mysteriorum, que in ea latent, et quibus affuit et effuit in suis fidibus: ita Casi-
dorus, Apionius, Anselmus et alii.

Jam quia Ecclesia sum doctrinam, predicationem et gratiam Christi haerit et sacra Scriptura, et baptismo ceterisque sacramentis, hinc eadem consequenter hic accipi possunt. Unde per fontem et puteum accipiuntur S. Scripturam S. Gregorius, Cassiodorus, Philo, Apionius, Beda, Iustinus, tres Anonymi apud Theodoreum, Anselmus et Ambrosius, *De Isaac*, cap. iv. Audi S. Gregorius: « Quid per fontem et puteum, nisi sancta Scriptura designatur? que sic aqua sapientia generat, ut et potantes semper reficiat, et tamen manare non desistat; que bene hortorum esse perhibetur, quia illorum specialiter est sancta Scriptura, in quorum mentibus virtutibus semina oriuntur. Sed querendum nobis est, quare *fons* et *puteus*, utrumque simul Scriptura dicatur, cum *fons* in superficie appareat, *putens* vero in imis latens omnes se querentes majori labore exerceat. Sed sciendum est quod divina Scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam vero locis obscuram se probens, et aliquid leviter sicut inventur tanquam *fons* potatur, et aliquando magna inquisitione egreditur, quam *puteus*, ut inventa sumatur. » Addit Casiodorus dogmata sacrae Scriptura vocari fontem,

et *puteum aquarum viventium*, respectu doctrinae haereticorum, de qua dicitur, Jerem. II, 13 : « Me dereliquerunt fontem aquae vive, et foderunt sibi cisternas dissipatas. »

Bursum, per *fontem* et *puteum aquarum viventium* accipias baptismum ceteraque sacramenta: hec enim sunt quasi septem fontes grazie: ita S. Anselmus, Audi S. Gregorium: « De Libano aquae putrei flunt, quia in baptismo electi quique dominum Spiritus Sancti accipiunt, quo illuminata Scriptura sacra sensum intelligent: quo Scriptura sancta scriptura tanto fluit impetu, ut electos dum tangit, ab hujus vita amore submoveat, et ad eternam gaudia vi impetus quoque adhaerentes traiicit. Illico est enim quod in Psalmo scriptum est, Psalm. XLV, 5: *Fluminis impetus iustificat civitatem Dei*: impetus enim fluminis civitatem Dei iustificat, cum per dominum Sancti Spiritus fortiter inundans Scriptura sapientia sanctam Ecclesiam, vel cuiuslibet sapientis mentem infusione sua exilariat. »

Beda per *impetum* canset notari vim et efficaciam apostolice predictionis, cui nemo resistere potest.

Et Richardus Victorinus: « Per Libanum, inquit, a quo aqua ista flunt, Christum intelligit candorem lucis eternae, quia a Christo copit tempus gratiae. De Libano, inquit, fluxerunt aqua ista, id est de Christo, quando Spiritus Sanctus tanquam torrens discipulis influxit, et suavi eos ubertate donorum inebriavit. Et quando, Christo in cena benedicente panem, sacramento Eucharistie celebrare coepit, et, una possibili presentia ipsius sublati, nullis in locis usque ad consummationem secum nobiscum mansit; semel quoque oblatus in cruce, multoties in altari pro nobis offertur. »

Porro Theodoreus et Anselmus per *Libanum* accipiunt Jerusalem et Iudeam, e qua legis fluens cum impetu Spiritus ad Ecclesiam deflueret: Libanus enim est limes Iudeae.

SECUNDUS SENSUS PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Anima sancta est *fons* et *puteus aquarum viventium*, dum profundat Spiritus Sancti doctrinam et gratiam consecuta, illarum aquis spiritualibus ita redundant, ut easdem in alias refundat. Eadem dicitur *puteus*, quia ut eas haerit, profunde per humiliatem se inclinare et demittere debet. Ad junxit Richardus de S. Victoria illam esse *fountainem*, quia fluidit, semper nova oriens, et semper Deo renovata per desiderium ad interiora, fontem non cessantem ebullire, et erumpere ad Dei amorem, et de plenitudine que abundant, et infirmiores visitantem et irrigantem. « Addit Nyssenus animam sanctam inde extollit, quod natura divine assimilata sit, que per aquam *sunt in sacris lit-*

oris designatur, imitata quidem fonte fontem, vita viam, aqua autem aquam, quatenus est promptuarum confinibus aquam illam vivam quin ex Deo fluit; juxta id quod in evangelio significavit, ubi dixit, Joan. XVI, 27: « A Deo exihi; » nec dubitandum quin vivat, dum verbum Dei suscepit, quod Apostolus vivam appellat: haec Nyssenus.

Porro S. Ambrosius, lib. De Nabath, cap. xi, per *putem aquarum viventium* accipit elemosynam, causamque dat: « Putens, inquit, si nihil haurias, inerti oto et degeneri sila facile corruptur; exercitus autem nitescit ad speciem, dulcescit ad potum: ita et acervos divitiarum, cumulo arenosum, speciosius est visus, oto autem inutiles habetur. Derivato igitur aliquid ex puto isto, iugum ardenter resingue, quia elemosyna resistit peccatis. » Vide dicta II Corinthus, cap. viii et ix.

Denique S. Anselmus per *Libanum* accipit perfectos, qui sunt candidati virtutibus, a quibus aquae vivificant flunt ad correctionem subditorum magna copia et impetu.

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Besta Virgo fuit et est *fons* et *puteus aquarum viventium*, qui sterilem mundum sic irrigavit, ut eum fecundum efficeret ac amorem instar paradi, juxta illud, Eccl. XXIV, 41: « Ego quasi fluvii Doryx, et sicut aqueductus exivi de paradyso; dixi: Rigabo hortum meum: » ita Hyperion, qui quatuor flumina paradi B. Virginis mystice accommodat, additque ipsam esse fontem et *puteum aquarum viventium*, quia ipsa est sacramentum omnium sacrarum Scripturarum. B. Virgo ergo est *fons*, tum quia Christum nobis gonit et effudit; tum quia orando apud filium omnia bona nobis impetrat et communicat. Hinc Methodius in Hypopante B. Virginem sic alloquitur: « Salve, humanitatis fili fons, salve, humanitatis umbraculum; » et S. Epiphanius, orat. *De Deضا*: « Ave, ait, gratia plena, qui stientes perennis fontis dulcedine satias; » S. Ephrem quoque, *De Laude Deipara*, ipsam *fontem gratiae et totius consolations* appellat; S. Chrysostomus: « Ave, ait, quae es *puteus semper viventis aqua*; » Nam, ut ait Antonius, IV part., tit. 43, cap. xvii, § 4, « ipsa nobis miseric dedit filium suum Deum captivis in pretium, famelicis in vialeum, labentibus in premium, infirmis in medicamentum, et cum ipso dedit nobis regnum celorum et omne bonum. »

Denique *fluvius sabbaticus* recte congruit B. Virginis: ipsi enim ab Ecclesia culus in officio Ecclesiastico, et sacrificio Missae religiosa tributus in sabbato, quo ipsa, mortuo Christo, Ecclesiam quasi columna sustentavit, firmiter credens et sperans: Christum die dominica sequenti resurrec-

turum. Hinc majora beneficia conferit ipsa die sabbati; unde et multi fideles sabbato in honorem B. Virginis jejunant, aliquae pietatis et penitentiae officia obueniunt, ut sabbatum, id est quietem in tentacionibus et tribulationibus ab ea conseruantur, et ad sabbatum eternae pacis in celo perducantur.

VERS. 10. SURGE, AQUILÆ, ET VENI, AUSTER, PERFLA
HORTUM MÆM, ET FLUANT AROMATA ILLUS.

Pro illius Septuaginta legunt *mea*; S. Hieronymus in *Habae. III.*, *Theodoretus* et *S. Ambrosius*, lib. I de *Virginis*, tua. Utrumque verum, quod enim est sponsus, hoc etiam est sponsi: sponsi enim omnia sunt communia: quare Ecclesia sponsa est hortus et paradisi Christi sponsi sui.

Pro *surge hebraica est* יְהִי עַרְיוֹן, i. e. excitare, evigila; *Syrus, expurgare*, qui quasi dormis; haec vox ambigua est, primo enim *surge accipi potest*, q. d. *Surge ut hebas*, matura fugam, cito discede, o aquilo, quia tu es ventus frigidus et siccus, plantas aduersas, siccas et eneas, ut venientib[us] succedit auster, qui suo calore et humiditate arbores vegetat et fecundat, ut folia, flores et fructus producent. Hinc auster dictus est, quasi *hostis ac hauriendo aquas*, ait *Isidorus*, lib. XIII *Etymol.* cap. xi: «*unde et crassum aerum facit, et nubila nutrit*». *Graecæ dicunt* ἀνέμος αὐρήλιος, id est *lumen*, inquit *Nomius Marcellus*: *quocirca, flante austro, seminandum est et plantandum, non flante aquilone*. Audi *Plinius*, lib. XVIII, cap. XXXIV: «*Hoc (aquilonis) flante. ne arato, frugem non serito, semen ne jacito: perstringit enim alique percilit his radices arborum, quas positurus es*». Licet enim auster Italicæ et Hispanie sit gravis et noxius, tamen Palestina et alii regionibus est gratus, lenis et salutarius: aquilo vero suo frigore et rigore molestus: quoirent aquilo dicitur quasi *aqua ligata* et congelans, ait *Richardus Victorinus*, ideoque in sacra Scriptura in malau parlem accipitur, quia sinister et infaustus; unde Lucifer sedere voluit in lateribus aquilonis, *Isai. XIV, 1*; auster vero in bonam partem caput, ideoque hebrei dicitur יְהִי תְּהִמָּן, id est *dexter et aquila*, a *psalmi ianini*, id est *delecta*; unde, eo flante, aromata fluant, et fragrant exhalant fragrantiam, que flante aquilone cohibetur et constringitur; hinc illud, *Jerem. I, 14*: «*Ab aquilone pandetur omnis malum*»; et *Ecccl. XLII, 22*: «*Frigidus ventus aquilo davit, et gelavit crystallum ab aqua, super omnem congregacionem aquarum requiescat, et sicut loria induit se aqua. Et devorabit montes, et exuret desertum, et extinguet viride, sicut igne*».

Secundo, nō surge accipi potest, ut referatur ad perfla, q. d. Tu, o aquilo, aqua ac tu, o auster, age, surge, perfla hortum meum: aquilo enim plantas strigint in hieme, ut radices magis figant et dilatent in terra; succedens vero in vere

auster eas aperit, laxat, calcifacit, ut germinent, et in frondes, flores, fructusque erumpant. Hinc sensui apte respondet tropologia, de qua mox: ita *Cassiodorus*, *Beda*, *Justus*, *Aponius*, *Rupertus*, *Clarius* et alii, presertim rabbin. Aquilo enim vehemens concutit et flagellat arbores, qua coniunctione et motu fit, ut earum pori aperiatur, et suaviores expiriunt odorem; hinc *Plinius*, lib. XVII, cap. XXXIV, doceat vites et arbores aquilonem spectare debere. Idem, lib. II, cap. XLVI: «*Saluberimus, inquit, omnium aquilo, noxius auster*».

Nonnulli, ut *Nyssenus*, *Theodoretus*, *Psellos*, rabbini, *Genebrardus* et *Sotomajor* censem esse verba sponsi; ceteri tamen penè omnes censem esse verba sponsi, qui cum sponsam vocasset *hortum conclusum*, nunc imperat *ventis*, ut eum perdidit ut agitent, ut suavitas aromatum eius magis perspiret, senilior et recreat tam spumam et sponsam, quam utriusque sodales ascolas. Porro *Chadœus* per *aquilonem* accipit mensam panorum propositionis, per austrum vero *candabrum*, quod situm erat ad austrum in templo: sic enim ait: «*Et in latere aquilonerum erat mensa, et super eam duodecim panes faceretur; et in latere australi erat candelabrum ad illuminandum, et super altari offerabant sacerdotis oblationes, et adolebant super illo incensum aromatum*».

PRIMUS SENSUS

ADEQUITAS,

De Christo et Ecclesia.

Juxta priorem explicationem jam datam, que surge idem est quod *abi et fuge*, o aquilo, sensus est, q. d. *Surge, o aquilo, id est, o diaboli*, qui in aquilone sedere *gessus*, ac aquilonem, id est frigidum infidelitatem, et torporem virtutum induxit in homines tempore legis mosaike et naturae. Veniente ergo Christo veniam cuius eo auster, id est *Spiritus Sanctus*, qui sua gratia calore et fervore facit ut Ecclesia et fideles suavitatem virtutum omnium odorem per sanctas operas expirant. Fasces igitur, aquilo, procul a nostris horris, abesto, horrida infidelitas et impietas, que ut ille plantas, sic tu hominum corda contrahis, et celesti calore existime cogis congelascere. Tu vero, auster, veni, perfa hortos meos; myrram et aloem, calamum et cinnamonum, reliquasque plantas nostras aromaticas calcifaci, ut calido two flata incalecentes nativum suum calorem proferant, et ejusdem vi colliquatos humores fundant suavissimos: ita *S. Gregorius*, *Philo*, *Rupertus*, *Anselmus*, *Nyssenus*, *Theodoretus*, *Psellos*, et *S. Ambrosius* in *Psalm. I*, et *S. Augustinus*, epis. 120 ad *Honoratum*, cap. XXI. Id reipsa accidit in Pentecoste, cum 120 discipuli, qui plantati erant in domo Domini, flatu hujus austri, id est *Spiritus Sancti*,

per omne genus lingue doctrina fluenta emiserat, ut *Nyssenus*, additique vi *Spiritus Sancti* fluenta aquarum mutata esse in fluenta aromatum. Audi *S. Gregorium*: Quid per *aquilonem*, qui in frigore constringit et torpentes facit, nisi immundus spiritus designatur, qui reprobus omnes dum possidet, a bono opere torpore facit? per *austrum* vero, calidum scilicet ventum *Spiritus Sanctus* figuratur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni tempore relaxat et ferventes facit, ut bona quae desiderant operentur. Hinc enim dicitur, *Psalm. CXV, 4: Converte, Domine, captivitatem nostram, stet torrente in austo*. Surgat ergo aquilo, et veniat auster, et perficit hortum sponsi, et fluant aromata illus, ut videlicet spiritus malignus ab Ecclesia, vel ab iniquaque electa anima discedat, et *Spiritus Sanctus* adveniat, qui veniens charitatis ignem cogitationibus infundat, et a torpore negligenti, dum infudit, solvat. Mox effectus et fructum subiectus: Quod dum agit, aroma fluit, quia dum advenientem Sancto Spiritu, cor quod prius torpuit at opera se excitat, mox sancte operationis opinione per proximos quoque suaviter discutunt, ut quique audientes ad eadem se accendant, et, austo flante, id est *Spiritu Sancto* soinfundente, virtutum odores emitant, ut ubique sanctus hortus floreat, et post florem fructus reddentur.

Juxta posteriorem vero expositionem, quia aquilo jucet surgere, ut cum austro perficit hortum Ecclesie, primo, *Justus Orgelitanus* tam per *aquilonem* quam per *austrum*, accipit *Spiritus Sanctus*: hic enim, inquit, dicitur «*aquilo, dum austuanibus refrigeria præbet; auster, dum duros ad credendum vel beneficiendum resolvit; et quoniam in duobus unus advertitur, non ait, Perfla, sed perfa hortum meum, et fluant aromata illus; inspira credentem populum, ut redundant bona opera eius*». Secundo, *S. Ambrosius* per *aquilonem*, qui complectitur vicinum Occidentem, et per *austrum*, qui complectetur vicinum Orientem, accipit quatuor mundi plagi, ut sensu sit, q. d. *Venite, o mortales, ex omnibus mundi plagi per fidem Christi ad Ecclesiam, ut fructus honorum operum producatis, per quos salvemini*. Idem *S. Ambrosius* in *Psalm. CXVIII*, sern. 12, per *aquilonem* frigidum accipit gentes infideles, per *austrum* *Judeos* fideles, quasi utrique vocentur ad Christum, q. d. «*Exsurge, o aquilo, id est, surge qui dormis, et exsurge a mortuis, populis nationum, qui dñi ante dormisti, vigila aliquando, et illucescet tibi Christus*».

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Juxta priorem sensum non surge, sensus est,

q. d. Fuge ex anima penitente, o aquilo, id est, o peccatum, o diabolo; et veni, auster, id est, o gratia Dei, o *Spiritus Sancte*; iuxta posteriorem vero symbolice, sed apposite, primo, per *aquilonem* accipias adversitates, per *austum* prosperitates; utrasque enim in animas fideles immittit vel promittit Christus (vel, ut nonnulli, Ecclesia et anima sancta utrasque sibi sibi que immitti optat), quia utraque faciunt ad ejus profectum, ut ex ea fluant aromata patientis, temperantie, modestie aliarumque virtutum: ad hasce enim non minus prodest reflant persecutionis aspiratas, quam afflant prosperitatis et consolacionis suavitates. Causam dat *Lucas abbas continuator Aponii*, quia sicut frigus aquilonis, et calor austri temperatur efficiunt aerem in paradiiso, sic frigus tribulationum commixtum cum aetu consolationis temperiem justam in anima parit, ut nee superbiet in prosperis, nec animo concidat in adversis, sed *æqualis constantia utraque superet*. Hinc accedit *S. Anselmus*: «*Aquilo, inquit, commovens arbores facit eas germinare, ut austus succedens fructum faciat producere: Ita persecutio, succedente fervore charitatis, gratia Spiritus Sancti facit Ecclesiæ fructificare*». Ille perninet expicatio *Richardi de S. Victore*, qui ait Deum anime immittire vel permittere aquilonem, id est tribulationes et tentationes, sed illico post eum immittire austrum consolationum, quo tribulationes et tentationes pellant, vel militant et dulcent, cum scilicet anima tentata et afflicta «*duodecimum exhibet Spiritus Sanctus, ita ut ex ipsiusmet adversitatibus voluntatem percipiat: tunc quippe hujusmodi austro non tantum flante, sed et perflante, id est totum occupante ipsum animæ hortum, adeo ut in nullo tristitiam habeat, fluant aromata virtutum illius, tantum utique ubertate, ut quilibet adversa prospera repulet, et exteriora damnis in lucrum anime convertat; si tunc patientia leta, charitas benigna, humilitas devota, prompta obedientia, virtutesque habet, non tam in desiderio quam in effectu*». Denique, sicut aquilo oppositus austro frigore austri calorem et humorum per antiperistasis auget et intendit; unde, flante aquilone, auster calidior est et humidior, ait *Aristoteles* in *Problem.*, sect. 26, num. 29: sic tribulatio auget et intendit calorem et consolationem Spiritus Sancti, factiue ut fluant aromata lacrymatione pie devotionis et leticie spiritualis.

Secundo, per *flatum aquilonis* accipias inspirations ac impulsus *Spiritus Sancti* terribiles, ut metum mortis, judicij, gehenne, quos peccatoribus, vel tentatis immittit, ut eos a malo refraneat; per *flatum* vero *austri* inspirations blandas, ut spem felicitatis, impulsus amoris divini, desiderium glorie celestis, etc.: utrisque enim ceteri ventis contraria *Spiritus Sanctus* agit, urgeat animam ad profectum, ut fluant aromata, id est opera virtutum. Porro *Cassiodorus*, *Beda* et *Cosma*, tam per

austum quam per aquilonem, accipiunt tentaciones et tribulationes, sed per aquilonem servientem intelligent persecutions, minas et tormenta; per austrum blandientem vero blanditas ad decipendum composita, q. d. Surge, aquilo, et veni, austro, perla hortum meum, id est irrumpite jam (per me licet) in sanctos meos, impii homines: gladiis, secures, crux, bestias, fornaces, ignes, omnes denique penarum turbines vestra, o demones, ari collectos in meam Ecclesiam immittite, per me Ecclesie horros quantumlibet gratus: nihil aliud quam plantari, quod planitavit Pater meus celestis, calorem excitatibus. Nihil aliud in mediis tormentis, quam fidem meam profientes, vota atque preces pro suis torboribus fundentes sanctos meos audiatis. Nihil aliud in eis quam fidel, caritatis et magni atque infraeti animi documenta videbitis. Non aliud quidquam ex sanctis meis, quoniam praecclare dicta et fortia facta exprimunt: quorum aromatum fragrantias vos aeternum cruci, me vero oblectet supra modum. Praecare S. Basilius, epist. 11 ad Nicopoli presbyt.: « Persecutiones, alt., sunt grandines et torrentes et quecumque alia subita sunt ac temporalia, que molliam quidem facile habent ac dissipant, a solidis vero et resistentibus, si in illa inciderint, magis patiuntur aliquid, quam ut illis incommodent: sic et vehementer illa tentationes contra Ecclesiam motu, imbelliores detecte sunt, quam ut robur fidel, que in Christo est, infringent. Iliaque quemadmodum, ubi grandinis nubilum preterit, et torrens aereo suo effluxit, illud in terram dissolivit, iste profundus absorbus, viam qua fluxerat siccum et aridum reflinxit: ita et tempestas illa qua nos jam apprehendit, paulo post non erit, modo sustineamus non

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virginea.

Juxta priorem sensum, auctor qui fecundavit beatum Virginem ut Deum in humanitate pareret, fuit Spiritus Sanctus, iuxta illud, *Lac.* 1, 33: « Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Aliissimi obumbrabit tibi; » ideoque ab eo fingatus est aquilo, id est Lucifer, et immensus austro, id est Gabriel, qui ei leuum Verbi incarnationis nuntium afferret. Rupsum austro, id est fervor Spiritus Sancti, eam assidue impulit ad continuum Dei amorem, et heroicis virtutum ad-

justa posteriore sensum, B. Virginis vita pra omnibus justis mixta fuit aquilonem et austro, id est adversis et prosperis, desolatiōne et consolatione, dolore et gaudio, ut patet eam expendenti.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sponsus a sponsa in hortum invitatus, ibidem cum eis et sociis epulatur. Post epulum, vers. 2, sponsa nocte cubitum condens, mane expericta, narrat sociabus quid sitib dormienti accidentit, scilicet se nocte evocatum a sposa, cum sopore torpens tardius ad illi aperiendum ostium surrexit, illum quasi desidie lucis et incertitati offensus alio abiisse: quare se per varia pericula quiescisse, ac vix inventisse illum, qui paulo ante intro se illi ad foras offerebat. Porro cum in quarendo sposo adolescenti sponsa se socias officeret, quatinus ab ea, qua figura et habitu sit sponsus, ut eum internoscere queat; quibus sponsa respondet, ac spensum vivis coloribus depingit, eumque caput aureum habere assert, oculos et huminos, genas instar aromatum, labia instar litorum, manus tornaties, ventrem eburneum, crura marmoreum, guttae suavissimum. Denique ipsum per omnia summa esse pulchram et desiderabiliter asserat.

4. Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meum eum, aromatibus meis: ostendit favum cum melle meo, hibi vinum meum cum lacte meo: comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi. 2. Ego dormio, et cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis;

Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia eaput meum plenum est rore, et cincimi mei guttis noctium. 3. Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? 4. Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus. 5. Surrexi, ut aperiem dilecto meo: manus mea stillaverunt myrram, et digitus mei pleni myrra probatissima. 6. Pessulum ostii mei aperiui dilecto meo: at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est: quassivi, et non inveni illum: vocavi, et non respondit mihi. 7. Invenerunt me custodes, qui circumiectum civitatem: percusserunt me, et vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. 8. Adjuro vos, filiae Jerusalēm, si invenerint dilectum meum, ut munificis ei, quia amore langueo. 9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum! qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos? 10. Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. 11. Caput ejus aurum optimum: comoë ejus sicut elata palmarum, nigra quasi corvus. 12. Oculi ejus sicut columba super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima. 13. Genae illius sicut arcœlaria aromatum consita a pigmentariis. Labia ejus lilia distillantia myrram primam. 14. Manus illius tornaties aureæ, plena hyacinthi. Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris. 15. Crura illius columnæ marimoreæ, quæ fundata sunt super bases aureas. Species ejus ut Libani, electus ut cedri. 16. Guttæ illius suavisimum, et totus desiderabilis: talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiae Jerusalēm. 17. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus? et quereremus eum tecum.

VOX SPONSÆ.

VERS. 1. VENIAT DILECTUS MEUS IN HORTUM SUUM, ET COMEDAT FRUCTUM POMORUM SUORUM.

Pro dilectus hebreice est *תְּנִזְזֶה* dud, quod Septuaginta passim vertunt *ἀδερφία*, id est fratres, vel *νύπτης*; Syrus et Arabicus: *patruelis*, vel *filii fratris*; Chaldeus per hortum accepit templum, unde verit, *ingrediantur Deus dilectus meus in domum sanctuariorum*, et suscipiat voluntarie oblationes populi sui.

PRIMUS SENSUS

ADEQUATUS,

De Christo et Ecclesia.

Comparat Christus sponsam Ecclesiam hacten concluso, ejusque variis et præstantes fructus celebri cap, preced. vers. 42 et seq.; nunc sponsam sponsum in hortum ita ac laudatum, hoc est, ad seipsam invitatum, ut fructibus ejus quos, flante austro, id est Spiritu Sancto, ipse produxit, se oblectet et pascat: totum enim hunc hortum ad unius sponsi obsequium esse compositum, ideoque illi soli patre, ceteris vero esse clausum profiterit; unde ait: « In hortum suum, non meum, q. d. Meus hortus non tam meus, quam suus, quia ego qui sum hic hortus, non tam mea sum, quam sponsa. Christus enim me Ecclesiam totam, quanta quanta sum faciens, ornavit et composuit: quare quidquid est